



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Epistola.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

Epistola.

CF. Benedictus Buzianus fratri
Thome Caietano ordinis predicatorum
Theologantiuni ac philosophantiuni
maximo. S. D.

Quam varia ac
prope infinita sint mortali-
um studia eruditissime
pater: v. alicuius rebus bellicis: alij cu-
mulande rei familiaris: nonnulli agri-
culture. plerique vero iocundissimis
litterarum studiis sint mancipati at-
que intenti nouissimos ego semper cen-
sui ceteris omnibus esse preferendos.
Quippe cum animaduertentur homi-
nes potius exercitijs insudantes a-
nimo suo quietem nullo proorsus mo-
do prestare posse: illaque ipsa exercitia
ab nullo quod recte sapiat: neque excolenda:
neque experienda esse exploratissimum
namque cuius esse potest: eos qui
istiusmodi rebus sint dediti semper in
desiderijs versari. sic enim nescio quo
pacto ut multa possidenti maior in di-
es augendarum opum excitetur cupi-
ditas. Reliqua vero que a cunctis fe-
re mortalibus inter bona commun-
rantur: videlicet valitudo corporis:
pulchritudo: dignitas: imperia: dignitates
agrorum possessiones quibus mor-
talium studijs inuentus est: que breuissi-
mo temporis momento euanescent.
Unde fit ut a nullo bene concordato
viro concupisci debeant. Sole vnice
littere sunt que hominem reponunt in
statu tuto et tranquillo. Ille hominem
reddunt fortem: ille ditissimus: ille li-
berum: ille delicias incommutabiles
conferunt et celestes. Ille die noctumque
in theatris: ille in solitudine: ille in
discrimine hominem comitantur.
Quis enim vnquam ergo fuit in quo hec
vna litterarum virtus habitauerit.
qui aduersas celi influentias. calamitates
terre. animo forti ac constanti:
vel non depulerit: vel certe non tole-
rauerit. Quis ille denique extitit vtra-
stissimum in are pugillo conclusamque

his predictis humanas prosperitates
que homines solent prestare insolens
tem cum grauitate et prudentia omni-
no non refrenauerit. Quare non pos-
sumus non summis preconijs laudari
oneque immortalis institutum tuum pro-
bare qui etiam clarissimis ortus sis na-
talibus. lauteque educatus. nulli tamen la-
bori peperisti: quominus tandem lo-
cupletissimum litterarum thesaurum
tibi paraueris. Atque ita paraueris.
ut non dicam coniectura quadam: sed
certissima scientia esse qui valeas: hac
in re tibi censeas vel neminem esse: vel
quod rarissimum pace omnium dictum esse
volo nostra tempestate anteponendum
Quod cum alias sepe. tunc vero duobus
superioribus annis Vero ne pro te tulle-
sti. Quo in loco cum conuenissemus con-
uentus agitanda gratia: agerentur
que publica litterarum nostro de more
certamina quas alio vocabulo disputa-
tiones appellamus multarumque re-
ligionum viri sane eruditi se contulisse-
rent: adessentque et preclarissimi illius
vrbis viri qui in omni genere virtus
tum postremum sibi locum non vendi-
cant ita te gessisti: ut omnibus summe
fueris admirationi. Que omnia cum
memoria mecum repeto in eam venio
sententiam ut iudicem que abs te tam
propter tamque excelsa afferebantur: non
a te sed per te esse dicta. Tanta enim
tibi erat litterarum telorum copia
quibus et apparentes aduersariorum
scientiam refellebas: prostrabas: su-
gabas: et veras tuas tuebare: ut eam
omnes urbem in tua admiratione con-
uerteris: effeceris eos quoque qui oc-
cupationibus implicite te minus vis-
derunt: te amarent te colerent: te pre-
dicarent. Ea enim scientie vis est: quod
tu etiam me tacente probe nosti ut eos
in quos sese ipsa contulerit diuinos
atque admirandos alij hominibus pre-
stet. At vero cum diutina cogitatio
ne mecum ipse reuoluerem. unde tam
tam humane ac diuine sapientie su-
pellecilem collegisses: inueniebam
a. i.

Epistola.

duo id tibi prestitisse. Alterum ingenij tui dexteritatem atq; solertiam. Alteruz natalis tui soli inclinationē. Unde bene et nostri astologi enunciauerē: qui affirmāt quoniam vt diuersa in celo astra sunt habeatq; vniquodq; eorum vim suam: ita diuersa in studiis hominibus inclinationes ingerere. Quare cernimus quasdam gētes seruis deditas nonnullas rebus mechanicis. alias vero litteris tantum genitas esse vt patruī sui soli. Et vt homines his laudatissimis studijs aptos producit: ita diuerso studio: vt aliu poeli. alium diuinis rebus. aliu genibus moribus informandis applicat. hec em̄ sunt pene omnia exercitia: in quibus litterata ingenia lucubrant. Prodit igitur in primis ager tuus: diuinuz illum Thomaz squinatē. Theologorum ac philosophantium facile principē. Cui quidem ob librorum a se scriptoruz ingentē multitudinem sententiaruz grauitatez verborum facilitatez. stilique maiestatez. tāta a sumis pōtificibus alijsq; vere sapientibus est habita reuerentia vt eorum quidaz euz alterum Salomonē cui diuinitus quicquid dixerit afflatum est: recte meritoq; vocitarint. Neq; te moueat illuz a nonnullis nostri eui scholis et vtiā sciolie: morde ri ac vipereo ore dilacerari. Quippe qui per spicue scias solaz miseriāz vacare inuidia et cellos duntaxat montes fulgura petere ac debachari sole re. Immo vero nobis magis gaudēdū est. quandoquidē cum aduersariis ei reluctantibus eo magis illius gloriā ac nostram efficiant splendidiorē hoc illud vnum vobis sat esse debet: qd si quis e medio Thomam sustulerit. theologantes omnino aut nullos esse: aut densissimis ignorantie tenebris immo erroribus: immo heresibus obuolui. Stemm si hi aliquid in se humanitatis si quid pēsi certe haberent non eum modo tam stulte carperent: sed summis laudibus extollerent ali

osq; vt laudarent adhortarentur. Sed hos mastigias orationis mee flagello vterius exagitare consilij mei non est. hic ager tuus preclarissimos potestas pgeniuit. Statim dico. horatium. Iuuenalem. Quoz primus aetilo quo suo sermone inter omnes latine lingue poetas secunduz locum ad Virgilium sortitus est. horatius vero ob eius dicendi elegantiam atq; carminis varietatem: ab seculi vsq; principio parē inuenit neminem. Aquinas autem Iuuenalis: vt satirico poemate delectatus est. ita ceteros ea materia antecessit. Nunc autem pater per omnia reuerende. hic aureus ac felicissimus ager tuus: quo posset omni in genere cum prisca ac nostra etate scribendi caractere certare. attulit tandem hunc angelicum immo vt rectius loquar diuinum Gabrielem qui veluti ab alto demissus celo in terra vitro citroq; emicuit. Cui tanta gratia in diuini verbi latrone ab deo optimo maximo largita est: quanta vnq; retroactis tēporibus cuiq; sit concessa. Quo fit vt ego diui Augustini more: anhelanti animo viuis adhuc oculis videre desiderarim. Primum dei nostri filium carne vestituz. Alterum Gabrielem Bareletaz in pulpito ignita verba sua resonantes. Unum hoc in loco illud affirmauero eo dictitandigenere in quo ille versatus est. diuinas ac sempiternas laudes meruisse. Quotus enim quisq; modo purgato stomacho ac recta lance rem pensitet et eum alijs id genus scriptoribus cōferat: animaduertet profecto et me verba non effutire: et q̄tum homo homini prestet. hic vt solidissima in ea arte qua versari instituerat fundamenta iaceret: plurimum in naturali ac morali philosophia temporis contriuit. In theologia diui Thomae ceterorumq; theologorum: pro varietate audientium: consuetudine familiarissime vtitur. hac vna predicatori dempta: non predicatorē sed iugonem

Epistola.

Appellauerim. Is sibi eam maxime
vendicauit. Et tanta facilitate eos in
testes adducit p̄sertimq; theologos
quorum doctrina sui natura solet esse
sua grauis tuz obscura vt doctissimi
que; stupore afficiat. Fitq; vt absq; vl
lo labore ediscantur. Illud autez ma
xime obseruare nititur. quo auditore
attentum suspensumq; reddat. Alta
proponit. conclusionuz variarum sen
tentiarum exemplorum quorum vis
mirifice astantes ciet: insueta affert:
Sales quosdam: quod non sine maxi
mo artificio ab eo factus; esse iudico
nonnuq; inspergit: quorum suauitate
audientiu; mentes demulceat. In ex
agitandis vero vitijs. hucusq; non in
uenti neq; accommodatiores: neq; ve
hementiores. In efferenda autez vir
tute totus est vigilans: totus ardens
totus indefessus. Sed quid dicam de
eius exordijs. Quid namq; sublimi
Quid elegantius cōcinniusve possit
excogitari. hic cum alijs omnis cun
ctis in rebus excelluerit: hic seipz to
tū supauit. Non enī p̄fecto p̄teribat.
difficile factū esse. id op^o cui^o p̄ncipi
um ac fundamentum tenue. atq; exi
le iactus fuerit: totuz om̄e edificium
in ruinam abeat sit necesse. Contra
vero cuius solidum ac firmuz sit reli
quum opus stabile faustiq; sequatur
oportet. Ne qua minore laude eius i
e. angelia explanationes estimande
sunt. Quas equidez cum lego. me ite
rum atq; iteruz acutissimis suis mu
tis sanctissimisq; declarationibus ad
relegenduz inuitant. Nemo retroa
ctis temporibus extitit: q̄q; permul
ti sermones texuerint qui preter hūc
vnu; ac voragie nostrū. de b̄tē virginis
laudibus omni sabbato sermonem ha

beat. hic tante virginis ardentissim^o
obseruator. sicuti et ordo noster vera;
rum eius laudum semper extitit pro
mulgator. quoniam qui et solus ab ea
habitum suum habuisse gloriari po
test. immortali cum laude assecutus
est. Accedit preterea ad rem quod nō
sine ingenij sui celsitudinis accumula
tissimo atq; amplissimo honore com
memorari potest. cum se aut ad virtu
tem sequendam. aut vitium execran
dum reiciendumve dederit: nihil pre
tereat. nihil intactum omnino relin
quat: quod pro subiecta materia non
excogitet. idemq; egregie consequatur.
Quibus omnibus facile fit: cum
in se vno omnia que alij singuli p̄ ca
ptu suo nobis scripta reliquerit in se
comprehenderit absq; vllius iniuria
pro meritis sit omnibus preferendus.
Hi igitur hi sunt fruct^o doctissime pa
ter: quos ille iocundissimus ager tu^o
non nobis modo: sed toti terrarum or
bi propagauit. Quorum opera: indu
stria. altisq; cogitationibus. quisq; si
bi omni in re litteraria consultū esse.
cognoscere liquido potest. Que om̄ia
cum ita sint: et nobis in primis gaudē
dum est. tibi vero ac patrie tue gratū
landum. Reliquum vero est vt postq;
hi clarissimi viri quos patria tua ge
nuit ob mortis immanitatem a nobis
subtracti sunt: tu yalitudinem tuam
qua stante cum musa bene atq; fecun
dissime actum iri confido q̄ diligen
tissime cura. Nam cuz alijs omnibus
tum mihi maxime rem facturū es
grauissimam: qui non secus salutem
tuam atq; meam esse diu desidero.
Vale o sapientie vnicū domicilium
¶ Finis.